

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 49. Confutatur adhuc propositio nona, quoad id quod dicit de  
pollutione voluntaria, & ostenditur sacram Communionem ne quidem eam  
confitentibus consulendum, imò nec permittendam ipso die ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

ter non inquietat, timendum est ne non fuerit vita tam probata, quām apparuit in oculis hominum, sed occulta quadam in eo vita latuerint, infamatio fornicationis vitio curanda. Cum non uno falso, sed gradibus quibusdam homines soleant ad perfectam seu iustitiam, seu iniquitatem pertingere.

644 Non igitur usque adeo attendenda necessitas populo exhibendi ministerium in die festo (ne alias sit absque Sacro,) sed ea saitem, post enormem illum lapsum servanda est disciplina cum ipso, quam post vini haufulum, vel sumptum panis frustulam servandam, Authores etiam benigniores docent. At qui post sumptum seu vini haufulum, seu panis frustulum, Parochi non permitunt altaris ministerium, etiam in die festo exhibere populo, tametsi alias Sacrum non audituro. Longè ergo minus id permittendum in nostro caſu. Siquidem Ecclesia magis semper horruit, Sacerdoti recente fornicato permittere altaris ministerium, quām Sacerdoti non jejunio, ut conſtat ex eo quod per mille ducentos & amplius annos universa Ecclesia Graeca & Latina Sacerdotes in fornicationem lapsos notabili tempore conſtanter excluderit ab altari, nec umquam permisit post pauculos a fornicatione dies, multò minus eodem die accedere ad altare; circa naturale verò jejuniū Ecclesiis disciplina variis in locis varia fuerit. Deinde lapsus in voluntariam pollutionem cap. *testamentum* dist. 6. non permittitur ipso die celebrare, etiam populus ex hoc die festo non sit auditus Sacrum, ut videbitur capite sequenti. Ergo multò minus id permittendum lapsu in fornicationem.

645 At (inquis) si Sacerdos lapsus non celebret in die festo, populus scandalizabitur.

Respondeo cum Hennebello negando sequentiam. Tum quia scandala non magis conſequens est in caſu nostro, quām in caſu foliū jejuniū. Tum quia scandala occurri potest, vel jejuniū naturale folvendo, & illud à ſe ob indispositionem folutum populo exponendo, vel diſcendo ſe indispotum, vel extraordinariè turbatum, ita ut neſciat quid de fe Deus disponere velit; expositus ſe viro doctrinā & integritate probato animi ſui angustias, ſibique ab eo permissum eſt, ut, attentā illā animi perturbatione, à celebrationē cefſare licet, dummodi populus Sacrum expectans induci poſſet ad impendendum orando in Ecclesia tempus, quod alia impendet Sacrum audiendo. Idipſum ſe rogarē, cumque precibus ſe commendare. Hinc profecto ſequi nata non eſt niſi populi quādam ad rem infinitam admittit, vel etiam querulorum quotidianum murmuratio. Quā ſi in caſu foluti jejuniū Deo committenda eſt: à fortiori in caſu nostro. Si quorundam insuper accedat ſinistra ſupicio, tāndem magis temeraria erit, quanto probatoris vite Sacerdos haecenū ſuile ſupponitur. Neque enim iultam ſufpicionis cauſam ingrunt generalia illa dicta ipſius; cum innumerā ſint, quā virum, etiam probatissimum, à celebrando temorari poſſunt, ut ſi putet ſe per tellimonium in cauſa ſanguinis irregularitatem incurſile: ifſcrupulus agitatus, ſibi ſatisfacere non poſſit, nec ifſcrupulus excutere: ſi ſimoniæ, culpa non ſuia, ſed parentum, ad Sacerdotium jam demum difcat ſe ſuile promotum. Qua de cauſa S. Dominicus Loricatus altaris ministerium, quod visitum, numquam usurpare auiſus fuīt.

646 Si his folatiis, tamque rationabilibus mediis salvandi bonam famam ſuam, Sacerdos lapsus acqüiefcere nolit, ipſi in memoriam revocandum ī. quod S. Damianus in ſuo Gomorrianio c. 8. ait: *Salubrius eſt in conſpectu hominum temporalem perpeti verecundiam, quām ante Tribunalū Superiorū Judicis aternam ſubire vindictam.* Et In-

nocentius III. lib. 4. de myster. Miff. c. 13. peccator debet potius eligere, ut abſtinentia redatur ſuceptus, quām ut communicatingo, vel celebrando, manducet indignus. Quia, ut S. Thomas q. 80. a. 6. ait, peccus eſt peccatori occulto peccare.

taliter, ſancto corpus Christi, quām infamari.

Unde peccator occutus potius debet eligere infamari, quām indignus ad mensam Domini, vel ad ſacrificandum accedere.

2. quod nimis inordinatum fit ad ſalvandam famam ſuam horrendum committere ſacrilegium.

3. quod ſi aliquod fama praedictum patiatur, id ipſe voluit, dum ne propriez quidem fama & honoris memoria ipſum à peccato revocare potuit.

4. quod constans Ecclesiæ Latine praxis & disciplina, apud Gracos etiamnum perdurans, manifeſtè offendat, Eccleſia ſenſum eſſe, quod ad confundendum famam Sacerdotis taliter lapsi non ſit habenda ratio ſufpicionum, quā temeraria hominum, vel aliter oriſi poſſunt, nec propterā ſolvendas divinas humanaſque leges, ad altare tam citio ſeſſinando: cum Eccleſia Latina tot ſeculis, Graeca uſque in hodiernam diem, Sacerdotes, etiam occulē fornicatos, vel perpetuō, vel ad notabile tempus remerorit ab altari.

5. quod multas Eccleſiae debat gratias, quod hodie longè mitius agere permittat cum ipſo, longè citius quām olim ipum abſolvendo, altarique reſtituendo, non obſtante enormitate criminis ipius, quod in veteri lege expiabatur flammis, quodque novem menſum ergaſtulo Potamius expiare non potuit, & Genebal- dius tam extraordinaria ſeptem anorū peneſtia vix potuit eluere.

6. denique Sanctorum illoſum exemplum magis ſatagere debet de reparando honore divino, quem enormiter iæſt, quā de ſuo contra temerarias ſufpiciones hominum per medium tam periculofum conservando.

#### C A P U T X L I X .

*Confutatur adhuc propositio nonā, quod id quod dicit de pollutione voluntaria, ostendit sacram Communionem ne quidem eam confitentibus confundendam, mo nec permittendam ipso die voluntaria pollutionis.*

Cum S. Thomas in 4. dist. 9. in ſolutione q. 647 2. ad 2. profiteatur, non eſſe alſcuſi confuſendum, quod statim poſt peccatum mortale, etiam contritus & confeffus, ad Euchariftiam accedat, ſed debere, mihi magna neceſſitas ureat, per aliquod tempus propter reverentiam abſinere, manifeſtum eſt propositiōnem nonam, quā Communio, premissa Confeffione, confitetur, ipſo die voluntaria pollutionis, Angelica doctrina eſſe diſmaliter adverſam. Cūmque Angelica illa doctrina dicar, Communionem non ſolum non eſſe confundendam contritus & confeffus, ſtatim poſt voluntariam pollutionem, ſed longè generalius dicat confundendam non eſſe poſt peccatum mortale: ſequitur multò minus confundendam poſt voluntariam pollutionem; utpote qua non eſt peccatum mortale quæcumque, ſed valde enorme. Et ſi tam plenè ac premeditata voluntate commiſſa fuerit, quā fornicatio committi ſolet, non eſt facile, ſed difficile, ſtatim poſt illam, de illa plenè ac ſufficienter conteri. Et ideo plerisque ambigua eſt contrito Sacerdotis, vel Religioſi, qui eam ſicut & fornicationem conſtituerit pauculis horis poſt illam perpetrata. Proinde tam citio ſacerdotali abſolutione remittenda non eſt. Neque enim peccatori, cuius ambigua eſt contrito, Sacerdos abſolutionem impendere poſteſt, multò minus permiſſe Communione, ut conflat ex Decreto Innocentii XI. quo 65. propositioſes damnantur,

& signanter prima permittens Sacraenta conferre cum materia incerta, tamen probabilis est, si ex ea valor Sacramenti pendaat, uti Sacramenti Penitentiae valor pendet a vera contritione.

**643** Quod autem difficile sit, statim post illud commissum, plenè ac sufficienter contreri de peccato pollutionis, tam pienè ac præmeditatè voluntate commissio, quam fornicatio committi soleat, ratio est quia grande est crimen, & valde enorme; cuiusmodi crimen (ciam in Laicis) momentaneis lachrymis & iteribus non eluuntur, nec tam citè & facile curantur, uti probabimus libro sequenti. Quod autem grande & enorme sit crimen, probatur ex eo quod juxta S. Petrum Damiani in Gomorrhiano, sit primus sceleris sodomitici gradus; & ad eum contra naturam, ut à nulla umquam bestia fuerit perpetratum: *Nimirum (inquit) hoc perditu homines perpetrare non metunt, quod ipsa quoque bruta animalia perhorrescant.* Quod ab humana pravitate temeritate committitur, irrationabilium pecorum iudicio condemnatur. Et ipsemet Martialis, tamet Gentilis, ac valde impurus Poëta, lib. 9. epigrammate in Ponticum, illius crimini reum, sic scribit:

*Hoc nibil esse putaris celus est, mibi credo, sed ingens,*

*Quantum vix animo concipis ipso tuo.*

*Ipsam, credo, tibi naturam dicere rerum:*

*Istud quo dixisti, Pontice, perdis, homo eſt.*

**649** In dō ex genere suo gravior est omni carnalici crimen, quod cum quacumque femina, modo naturali committitur, uti docet S. Thomas 2. 2. q. 154. a. 12. & ostendunt Sinnichius in Satié Exegēt. t. c. 113. §. 430. & Gesualdus de Bononia de sexto precepto tr. 12. c. 1. q. 9. n. 37. Tametii criminia alia carnalia, v. g. fornicatio, adulterium, &c. plerūmque graviora sint, propter circumstantias scandali perfonarum, & præjudiciorum, quæ nata sunt inferre Ecclesia, Reipublicæ, conjugi innocentie (ut de adulterio sit sermo) legitimis hæreditibus, &c.

**650** Si voluntaria pollutionis crimen ex suo genere tam grave est, vel in ipsis Ethniciis & Laicis, quantid magis in Religiosis, & Sacerdotibus, in quibus præter malitiam propriam, speciale involuti malitia sacrilegii, tantò majoris, quanto tunc commissum est, quando reverentia faltum sacrificii proxime offerendi, vel audeunda Communionis, revocare debebat à tali crimen? Talem ergo ipso die commissum tam nefarii criminis ad altare, vel ad Communionem mittere non permittit reverentia tanto mysterio & Sacramento debita, etiam si contritus & confessus est, ut S. Thomas ait. Quantò ergo minus, si vel contritus non sit, vel ob allegatam rationem merito dubitet an sit? Siquidem tunc ne quidem magnâ (nota bene, non dicto extrema) necessitate urgente, S. Thomas permittit statim post illud commissum ad Eucharistiam accedere, sed tunc tantum, quando contritus est, & confessus, prout n. 645. vidimus.

**651** Voluntariam eccl. pollutionem, seu molitatem Graeci censem in tantum reddere hominem indignum altaris ministerio, ut Joannes Jejunator ab anno 585. ad 596. Constantinopolitanus Patriarcha (cujus disciplinam à Gracis etiamnum servari testatur Arcadius) de ea in Canonio suo statuat, ut sequitur: *Si in molitiam incidentur ante consecrationem, neſciens, quid hoc effet, & quod hoc prohibet ipsum a Sacerdoti susceptione, vel propter ignorantiam, vel quod sic ab animalium corruptore & ignorantie eductus fuerit, vir tamen est apiens, vel prius, vel utrumque, prius prius, pugnare ex joventute Sacerdotio dignus habeatur (ecce quot conditions requirit ut lapsus in molitatem Sacerdotio dignus censi erit: quid de eo censeret, qui in eam lapsus est, sciens quid hoc effet, ab indocto animalium corruptore non sedu-*

*cus, nec adhuc penitentia purgatus?) quod si post sacram ministerium suscepimus in hoc crimen, et ratione quam prediximus, reprehensio eſt, vel proper ignorantiā, vel quod hoc non esse malum ab aliquo animalium corruptore eductus sit, unius anni penitentiam accipiat, à sacro ministerio absinens, & sic postmodum (non ante) sacris operetur (ecce ad hoc ut post unius anni penitentiam sacris operari possit, hanc conditionem exigit, ut in molitatem lapsus non sit sciens ejus malitiam, sed ignorans, vel seductus, &c.) quod si his terve hoc iteraverit, non amplius Sacris ministret, sed in Letitoris ordinem descendat. Audient Confessari, qui tam facilè absolvunt, & sacris operari permittunt Sacerdotem, non primā jam vice dumtaxat, sed sibi antea, non ignoranter, sed scienter, & cum plenissima voluntate hoc vitio contaminatum. Et tamen ille ipse est Joannes Jejunator, qui in fine Canonici sui, *haec sunt (inquit) definitiones epistolarum (id est penitentiarum) levissimorum quidem, & nimia relaxatione facilissimum, à me traditorum. Qui & a compluribus Græcis de nimia indulgentia accusatus, & male notatus fuit.**

Tametii nona propositio ex dictis fatis sit confusa, amplius tamen confutatur ex capite testamenti diff. 6. ex Pio V. in rubrica Missali Romano præfixa, atque ex Angelico Doctore. Siquidem in cap. testamenti dicitur quod Sacerdos lapsus in pollutionem nocturnam, dum pollutio illa oritur ex eo quod ultra modum appetitus gula insumentis alimentis rapit, atque idcirco humorum receptacula gravantur, atque ideo habet exinde animas aliquem reatum; nisi aut festus dies exigat, aut exhibere mysterium pro eo quod Sacerdos alias in loco deest, ipsa necessitas compellat.... ab immolatione sacri mysterii abstineremus humiliter debet.... Si vero ex turpi cogitatione vigilantis, oritur illusio in mente dormientis, patet animo suis reatus. Videt enim à qua radice inquinatio illa præcessit; quia quod cogitavitis sciens, hoc pertulit neſciens, & propter talia pollutionem (tametii solum voluntariam in causa ista, non in se) à sacro mysterio abstinere eā die oportet, nullā diei ſeti, nullā dicta ex cœſit facit exceptione, prout in priori casu. Si ob pollutionem nocturnam ex turpi cogitatione præcedente solum indirecte voluntariam, Sacerdos prohibetur eo die celebrare, non obstante necessitate exhibendi ministerium die feſto, dum Sacerdos alias deest; quanto magis ab eo prohibendum est ob fornicationem directe voluntariam? de qua capite præcedenti.

Pius V. in rubrica Missalis Plantiniani anni 1596. tit. de dispositione corporis, sic statut: *Si præcessit pollutio nocturna, que causata fuerit ex præcedente cogitatione, que si peccatum mortale, vel evenierit propter zimiam crapulam, abstinentia eſt à Communione, & celebrazione. Si dubium eſt, an in præcedente cogitatione fuerit peccatum mortale, conſultetur abstinentiam extra casum necessitatis. Quam tamen exceptionem omisit Pontifex, dum dubium non eſt in præcedente cogitatione sufficere peccatum mortale.*

S. Thomas 3. p. q. 80. a. 7. in corp. Pollutio nocturna quandoque eſt cum peccato, puta cum provenit ex superfluitate cibi vel potis, & hoc etiam potest eſt peccatum veniale, vel mortale, licet frequentius peccatum mortale accidat circa turpes cogitationes propter facilitatem conſenſi, quam circa sumptum cibi & potis. Unde & Gregorius fortibus Angustino, Anglorum Episcopo, dicit, celsitudine eſt à Communione, quando ex turpibus cogitationibus provenit; non autem quando provenit ex superfluitate cibi vel potis, praeterea si necessitas adgit. Et in 4. diff. 9. cum sibi oppoſuerit hoc argumentum: *Secundum Gregorium pollutio, que*

*ex crapula accidit, à Communione non impedit, si necessitas incumbat: ergo nec illa qua ex turpi cogitatione precedente in vigilia procedit. In solut. q. 2. ad 4. dicit, quod turpis cogitatio (juxta Gregorium) surpitudinem habet, propter delectationem, vel conseruandam adjunctionem. Et hoc quidem surpudio magis horrenda est, quam illa qua in cibo accidit. Tunc quia magis vestigi potest; cum difficultatum sit in cibo modum tenere. Tunc quia est magis propinqua ad mortale peccatum.*

655 *Constat ex utroque hoc loco, S. Doctorem subscrivere capit<sup>u</sup> testamentum, sive permittere celebrationem, dum urgat necessitas, in causa nocturna pollutionis, ortæ ex crapula, ut eam non permitiat, cuam dum urgat similes necessitas (ut constat, tum ex antithesi quam facit in priori loco, tum ex objectione ad quam respondet in posteriori) in causa pollutionis ortæ ex turpi cogitatione.*

656 *Ne quis verò existimet S. Doctorem solum velle, pollutum nocte precedentem ex turpi cogitatione, tunc solum prohiberi a celebrando, cuim non eñi contritus & confessus. Ipsemque questione illa 80. a. 7. fibimur obiectum: dato quid nocturna pollutione proveniret ex peccato, quod est mortale, potest contingere quod de manu penitentis & confitetur. Et responderet ad 4. quod licet per contritionem & Confessionem auferatur reatus culpa, non tamen auferatur corporalis immunditia, & distractio mentis ex pollutione subiecta.*

657 *Supposita tamen vera plenâque contritione, & Confessione, fatemur cum eodem S. Doctore, quod mortaliter non peccaret, qui ex die communicaret, vel celebraret, quo nocte precedente, in somnis, ex turpi cogitatione pollutus fuisset. Quia ex necessitate (sub peccato, utique mortali) impedit hominem ab his Sacramentis suscepione solum peccatum mortale. Ex congruitate tamen, propter tanti Sacramenti reverentiam, pollutio nocturna ex turpi cogitatione, vel crapula, illa die Communionem sub veniali impedit, etiam post contritionem & Confessionem, propter duos. Quoram unum semper accidit (prosegitur S. Doctor) scilicet quedam fæditas corporis, cum qua propter reverentiam Sacramenti non decet ad altare accedere (nisi forte talis immunditia sit perpetua, vel diurna; adde tu, vel proveniat ex nequitia dæmonis, Communionis fructum impide volentes.) Aliud autem est evagatio mentis, qua sequitur pollutionem nocturnam; præcipue quando cum turpi cogitatione contingit. Hoc iamen impedimentum, quod provenit ex congruitate, postponit propter diuinas necessitatem. Circa quam videtur non exhibere debitam reverentiam Sacramento (ait in 4. dist. 9. q. 1. a. 4. quælibuc. 2.) post ejusmodi pollutionem celebrans, non tamen peccatum mortaliter, sed venialiter. Ita etiam Major, Adrianus, atque Veteres, docentes cum Paludano in 4. dist. 9. q. 3. conclui. 2. quod si pollutione nocturna est cum peccato mortali, impedit quousque fit contritus & confessus. Nec etiam eo die peccati mortalis est communicandum; quoniam contritus & confessus. Si tamen faceret, credo quod non mortaliter peccaret.*

658 *Non idem tamen dicendum, quod is, qui non dormiendo, sed vigilando, ex plena atque omnino premeditata voluntate scelsum polluit, vel fornicationem commisit, eodem die, absque mortaliti tali communicate vel celebrare possit, tameti confessus. Tametsi enim fortaliter mortaliter non peccaret, si ex toto corde contritus esset, & confessus; post tam enorme peccatum, plenâ & omnino premeditata voluntate commissum, securè præsumere non potest, se toto corde, seu plenam ciùd esse contritum, ordinari loquendo; imo vel præsumere debet contrarium, vel de eo saltē*

dubitare. Ob ea quæ suprà dixi. Nullus autem Veterum, imò nec Modernorum, dubiè contrito celebrationem vel Communione, post ejusmodi pollutionem vel fornicationem permittit.

*Forte tamen mitius aliquando sentiendum de 659 pollutione, seu nocturna, seu diurna, directè non voluntaria, sed indirecè dumtaxat, in cogitatione cui non sine acri pugna animi voluntariè quispiam immoratus fuit. Neque enim ob mortale quocunq; differenda est absolutio. Quia quod minori voluntariè peccatum est commissum, eò facilius & citius de eo contrito concipitur. Videri potest Hennebellus in Thesi Apolog. de Sacerdoti. l. ap. §. 2. ubi id extendit ad oculata, & repentinum (non præmeditatum) uberum tactum, aliaque ejusmodi.*

*Qui etiam involuntariè polluitur, etiam vigil, 660 ex causa necessaria, vel utili, nullo modo voluntaria, v. g. ex turpibus auditis in Confessione, non impeditur a celebratione magis quam Frater ille, de quo legitur in Collationibus Patrum, quod patetur pollutionem semper in sibi, in quibus erat communicandum. De quo seniores comperto quod nulla causa ab ipso processisset, decreverunt, quod propter hoc a Communione non cessaret. Sic refert S. Thomas 3. p. q. 80. a. 7.*

## C A P U T L.

*Confutatur proposicio nona: Communio multo magis consulenda est conjugatis, ipso die copula habita causa voluptatis.*

*C*onfutatur (inquam) 1<sup>o</sup>. ex S. Thoma q. 661 80. a. 7. ad 2. ubi sic: *Si non amor procreans de sibolis, sed voluptas dominetur in opere conjugalí (ut ibidem Grægorius subdit) tunc prohibetur debet, ne accedat ad hoc Sacramentum. Ecce Autores illius propositionis consulunt, quod SS. Doctores prohibent tradunt.*

*2<sup>o</sup>. copula conjugalis, habita causa voluptatis, impedit eam cordis & corporis munditiam, sicut & attentionem & devotionem, quacum accedere oportet ad sacram Communionem. Tum quia conjuncta est cum fecunditate corporali, & cum affectu ad carnalem voluptatem, quam secundum se appetere illicitum est; idèoque cum non amor procreans sibolis, sed voluptas dominatur in opere commixtions, habent conjuges etiam de sua commixtione quod deficiant, inquit Grægorius epist. ad Augustinum. Tum quia eam sequitur evagatio & hebetudo mentis, quæ attentio & devotio impeditur.*

*3<sup>o</sup>. vel ipsa copula conjugalis, qua est sine peccato (qua utique sit causa prolis) in aliud tempus diffiriens est, dum conjuges volunt ad sacram Communionem accedere, ob dilectionem fecunditatem, mentisque evagationem. Ut enim dicitur can. omnis homo de consecr. dist. 2. omnis homo ante sacram Communionem à propria uxore abstineat tribus, aut quatuor, aut olio diebus. Et ut S. Hieronymus, à S. Thoma ubi suprà relatus, super Matthæum ait, *si panes propositionis ab his qui uxores retigerant, comedì non poterant: quanto magis panis qui de celo descendit, non potest ab his qui conjugalibus paulò ante baculum complexibus, violari atque contagi. Et si Apoloflus I. Cor. 7. commendat abstinentiam ab illo opere ex mutuo consensu ad vacandum orationi: Nolite fraudare i. vicem, nisi ex consensu ad tempus, ad vacatis orationi. Quanto magis ad participandum Dominicino corpori & sanguini? Sed quia hoc secundum congruitatem, & non secundum necessitatem est intelligendum (ait S. Thomas ibidem) Grægorius dicit quod talis suo iudicio est relinquendus.**